

nostro comuni debeant emendare. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto de ducentis (7) milliariis et inde supra.

(7) CC

CI (1). *Qualiter naues et alia ligna que facte fuerint extra Uenecias extimari debent.*

- Q. 103* Mandamus quod si aliquis uenetus faceret fieri nauem in terris in quibus rector pro nobis extiterit, que extimacionis ducentorum milliariorum (2) uel plurium esse uideretur, rector illius loci nauem illam secundum tenorem nostri statuti debeat extimare, dando ei illum ordinem quem naues uenetorum habent secundum formam statuti. Si uero fieri faceret nauem in terris in quibus rector pro nobis et comuni Ueneciarum non fuerit, cum peruenerit ad locum in quo rector pro nobis
- A. 234* || extiterit, rector illius loci nauem illam secundum tenorem nostri statuti debeat extimare, dando ei ordinem illum quem alie naues uenetorum habent secundum formam statuti. Ordinantes quod nauem illam alicui forensi uendere non debeat; et si uendiderit, cadat in penam in quam cadunt illi qui uendunt nauem (3) que sunt Ueneciis extimate. Sed si eam ueneto uoluerit uendere, et fuerit in loco in quo rector pro nobis extiterit, eam uendere non possit nisi prius fecerit quod rector illius loci ab illo qui nauem illam emere (4) uoluerit accipiat sacramentum secundum quod faciunt illi qui emunt naues in Uenecias (5) factas. Si uero fuerit in loco in quo rector pro nobis non fuerit (6), et eam ueneto uendere uoluerit, prius ab eo accipiat sacramentum secundum
- A. 235 quod || faciunt illi qui emunt naues in Ueneciis factas. Statuentes quod ille qui nauem ueneto uendiderit faciat fieri breuiarium de sacramento secundum quod iura-

Var. in Q. (1) CXIII. — (2) extimationes CC miliar. — (3) naues — (4) emerit — (5) Uenecijs — (6) f. n. —